

518. *Chondrilla ambigua* Fisch. in litt.

Ch. caule ramosissimo, foliis angustissimis, involucris glabris viridibus, achæniî rostro nullo.

Hab. in collibus sabulosis Songoriæ ad fl. Lepsa frequens. Augusto floret et fructificat. Crescit quoque in desertis Kirghisorum occidentalibus, ubi primum reperta fuit. 2.

519. *Taraxacum ceratophorum* DC. prodr. 7 p. 146 n. 7.—*Leontodon ceratophorus* Ledeb. Fl. Alt. 4 p. 149 in adnot. In herbosis alpium Alatau ad fl. Lepsa et Sarchan. Fl. Julio.

520. *Taraxacum corniculatum* DC. prodr. 7 p. 146 n. 9. In collibus Songoriæ ad fl. Ajagus. Fl. Majo.

521. *Taraxacum glaucanthum* DC. prodr. 7 p. 147 n. 10. In montosis apricis Songoriæ prope Ajagus. Fl. Majo.

522. *Taraxacum bicolori*. aff.

In herbidis summerum alpium Alatau ad fl. Sarchan, Julio mense, invenimus specimina hujus plantulæ florentia, sed achænia nobis ignota, quam ob rem nolimus specie dubia, quæ cæterum cum nulla hucusque nota convenit, adaugere numerum specierum in genere tam difficili. Scapus nostræ plantæ glaberrimæ e radice semper solitarius, erectus. Folia oblongo-spathulata integerrima aut minute remoteque denticulata, scapo semper breviora.